

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

I ante B

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)



Corinthiorū Regis filie amore flagras, eam uxorem duxisset, Medea regi ferens divortiu, Creulam cu regia exulit. Sit qui tradant, Medea postea reconciliata Iasonem, Aetien se ceru a Persa fratre pullum, in regnu restituisse, multaq; alia pra clara gessisse, adeo ut divinos in Asia honores fuerit promeritus. Describitur latius tota hae fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. q Corripit hoc nomē pen. genitivi syllabam. Ovid. 7. Metam. Multaq; perpelli claro sub Iasone, idem, etc. Et alibi. Quam nisi crudellem, nō tangat Iasonis aras? q Hinc fit patronymicum Iasonides: ut, Iasonidæ juvenes, apud Statium lib. 10. Theb.

Iasonium, *Ἰασώνιον*, Promontorium Cappadociae. Ptolem. lib. 5. cap. 6.

Iasus, sive Iassus, *Ἰάσος*. Ger. Ein vrsuchbare Insel nahe bey Caria gegen. Insula Cariae, continenti adiacens, cujus incolae, quod regionem habeant sterilem, ex piscatu potissimum victum quaerunt. Hinc proximus fluvius, Iasus cognominatus est. Ex Iaso orti sunt: Chonius poeta, & Diodorus dialecticus, cognomento Chronus.

Iathrippa, *Ἰαθρίππη*, Vrbs Arabiae prope Egram, Steph.

Iatinum, *Ἰατίνιον*, Meldensium civitas est apud Ptolemaeum lib. 2. cap. 8. Fortē quae hodie vocatur Meana.

Iava, Hispaniae civitas, Ptolem.

Iaxamatae, *Ἰαξαμάται*, Populi circa Mæotim (inquit Stephanus) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flac. Metis honos Tomnos dicit, sua mulctra Satarchen, Iaxamatas venatus alit. De his Ammian. lib. 4. Circa hęc flagra gentes feronum, institutionumq; varietate dispares, Iaxamatae, Mæotae, & cum Gelonis Agathyrsi.

Iaxartes, *Ἰαξάρτης*, Fluvius Scythiae est, eorum, qui Caspiū mare irruunt, longe maximus. Quem Alexander falsò e. edidit Tanaim esse. Nam esse diversum Iaxartem a Tanai aliorū postea navigationibus compertum est. Oritur apud Sacas (ut ait Ptolemaeus) in Septentrionem fluens.

Iazyges, Metanastae, *Ἰαζυγες*. Ger. Stübörger. Populi in Europa, qui ab Oriente habet Daciam: ab occasu & Austro Germaniae partem a Septentrione Sarmatiam. Hodie (si quis in tam vetusta conjectura loci est) creditur populi inhabitantes eam regionem, quam septem casia vocamus, Germanicè Stübörger, quae regio partim ab Hungaris, partim a Valachis colitur. Ptolem. lib. 3. cap. 22.

Ibax, *Ἰβας*, qui & Ibeni, Populi Celticae. Sunt etiam Ibeni, aliàs Iaconiae dicti, Steph.

Ibernia, Vide HIBERNIA.

Iberus, pen. prod. *Ἰβήρ*. Ger. Ein Fluss Hispania gegen Ebro. Fluvius Hispaniae, qui apud Cantabrigis orientis, per XL. passuum millia fluit, & in mare Balearicum evolvitur. Dicitur (ut Eustathius ait) a Rege (eiusdem nominis, Lucanus lib. 4. Qui pignat terris, aufert tibi nomen Iberus. q Iberus etiā piscis est, Scombus. Horat. lib. 2. His misti ius est oleo, quod prima Venafis Praesit cella gero, de succis piscis Iberi.

Iberia, *Ἰβηρία*. Arragon. Ger. Ein Landtschaft in Hispanien gegen Arragon. Pol. Arragonia *Ἰβηρία* pod Hispaniam. Primum appellata Hispaniae regio, utriq; Ibero fluvio proxima, quā postea Celtæ Galliorū populi, relicto sedibus suis, habitaverē. Vnde composito ex utraq; gente nomine, Celtiberi appellati sunt: & regio Celtiberia. Postea tamē universa Hispania, Iberia dicta est: & Hispani ipsi, Ibeni, sive Iberes *Ἰβηροι*. Virg. 3. Georg. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Lucan. occurrit Iberis, alter. q Est & alia regio hoc nomine juxta Pontū, inter Colchida & Armeniam venenotum ferax, quae Caucasii montibus circumdatur: cujus similiter populi Ibeni, & Iberes dicti sunt, a quibus (ut Varro scribit) profecti dicuntur, qui in Hispania habitaverunt: & ab illis Hispania, Iberia: & fluvius Hispaniae, Iberus dictus est, & hinc adjectivum.

Iberus, *Ἰβήρ*, rum, Virg. lib. 9. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Dionysius contra aliorum sententiam tradit Iberos populos a Pyrenaeis montibus profectos, in Asia sedes possuisse. Vnde ea pars Asiae, Iberia nuncupatur.

Ibylla, *Ἰβύλλα*, Vrbs Tartariae, cives Ibylini, apud quos auri & argenti metalla sunt, Steph.

Ibybis, *Ἰβύβις*, Vide in APPELL.

Ibycus, pen. corr. *Ἰβύκος*. Nomen poetae Lyrici Rhegini, apud Graecos praedat, sed tamē omni libidinis genere effeminatissimi, a quo genus memi dictū est Ibicū: sicut alterū ab Alcæo Alcaicū. q Ibyci equus, *Ἰβύκων* *ἵππος*, in proverbii abiisse videtur, de his qui nolentes praeter iratē ac vires ad periculosum negotiū adigerent. Nam (ut refert Plato in Parmenide) Ibyco equus erat ja annosus, athleta, multis certaminib. detritus. Is quū ad certamē cursum iugeretur, eximuit, videlicet expertus ejusmodi ludorum aleam. Ridente populo, Ibycus surgens: Equus, inquit, domino similis est: nam & ipse jam senex ad amandum compellor.

Icadus, *Ἰκάδος*, Prædo insignis. Cic. de Fato: Ne Icadū qu. de prædonis video fatum ullum: nihil enim scribitur prædum. Quid mirum igitur, ex spelunca faenum in cura contemdit? Puto enim si Icadus tum in spelunca non fuisset, fatum totū illud casurum fuisse.

Icadistæ, *Ἰκαδισταί*, cognominati sunt Epicureæ sectæ Philosophi, quod dicitur *Ἰκαδιστῶν*: hoc est, vicinum quoniam, hanc domum, quo natus est Epicurus, celebrat, imagines ejus per cubacula circumferentes. Vide Athenæum Dipnosophistarum lib. 3.

Icaria, sive Icaros, *Ἰκαρία* Ptolem. 10. cap. 8. Stephan. Ger. Eine Insel der Ägäer, die gegen Inseln in Ägäer Meer. Insula est, inter Samum & Myconum sita, una Cycladum: a quo vicinum mare Icarium appellatur, non (ut Poetæ fabulantur) ab Icaro Dedaali filio. Eadē & Doliche, & Macis, & Ichthyocæsa aliquando fuit appellata. Aucto Plin. lib. 4. cap. 12. In hac insula fuit insigne Dianæ templum Tauropolium appellatum: cujus meminit Strabo lib. 14. Vulgò *Nicaria*.

Icarus, *Ἰκαρος*, Pater Penelope. Ovid. Ep. 1. Me pater Icarus viduo discedere lecto Cogit, & immensas interceptat usq; moras.

Icaris, *Ἰκαρίς*, Patronymicum sermionum, quod Poetæ accipiunt pro Penelope Icaris filia. Ovid. in Ibin: Et velut Icaris famulae perire, prociq;

Icaris, *Ἰκαρίς*, idis, Ovid. 3. de Ponto: Morie nihil opus est, ubi Icarotide tela.

Icarus, pen. corr. *Ἰκαρος*. Oebali Laconū regis filius fuit, pater Erigones, qui quū acceptū a Libero patre vinū rusticis dilibisset, illiq; ex nimio potu ebrii facti essent, arbitrantes libi toxicū esse datum, Icarū interfecerunt. Quod ubi Erigone cognovit, doloris impatentia laqueo vitā finivit: quae deum miseratione in caelū translata, signū efficit Virginius. Tibullus lib. 4. ad Mella: etiam Phaebo gratissima dona Creta tuis, & eundem Baccho jucundior hospes Icarus, ut puro testamur ydæra caelo. Item Propertius lib. 2: Icaro Cecropius merito iugulare colons. q Icarus, *Ἰκαρος*. Ger. Der Sohn Dedali, nicht nisi er mit seinem vater auf Crete hat siegen in dem Meer gefahren vnd ertrunken ist. Darumb daß er des flug zu hoch gemacht hat. Da dals filius fuit, qui unā cū patre e Creta fugiens, frigus altum fiducia, quū ultra patrii iussa altius evolasset. Solis ardore cera, quā pennae continebantur, liquefacta esset, ita ut ab alis dehaereret, decidit in mare, quod est inter Samū & Myconum, quod ab ejus nomine Icarū dictū esse fabulantur Poetæ. Ovid. 3. Trist. ubi Icarus Icaris nomine fecit aquas. Causas enim veteres, ut diximus suo loco, Icarū mare nomen accepit ab Icaro insula, medio ferē inter Samū & Myconū spaciata.

Icelus, *Ἰκελός*, Conditor Erasistratorum scholae apud Smyrnæ: cuius meminit Strabo lib. 11.

Ichana, *Ἰχάνα*, Oppidū Siciliae mediterraneū: cuius incolae dicuntur Ichaneis *Ἰχάνειοι* Steph. quorū meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Ichne, *Ἰχνη*, Oppidum in ora Macedoniae, non procul ab Axi summis ostio. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ichnusa, pen. prod. *Ἰχνησα*. Ger. Du Insel Sardina hat dieß nomen von einer fasseten, welcher sie gischformig ist. Insula Sardinia dicta est quoniam similitudinem referat humani volubis, quod Graeci *Ἰχνησα* dicunt. Sil. lib. 12. Inde Ichnusa pua Graec memorata colonis. Vide Plin. lib. 3. cap. 7.

Ichthyocæsa, *Ἰχθυοκῆσα*, Insula in mari Icaro, una Cycladem, inter Samum & Myconum sita, quae aliis nominibus Icaros & Icarina dicitur. Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

Ichthyophagi, pen. corr. *Ἰχθυοφάγοι*. Ger. Fischfresser: sicut dicitur *γενεσα εν Νεστω Νερωκαστ*. Pol. *Ἰχθυοφάγοι*. V. Hallatū *Ἰχθυοφάγοι*. Ang. *That dwelt en fish*. Qui ex piscibus vivunt: quo nomine dicti sunt quidam populi, Maris rubri ad colatē: de quibus Hieronymus contra Iovinianum: Porē libthyophagi, gens erās in litore Maris rubri, supra penas Solis calore ferventes assant pisces, & hoc solo alimento viciant. Vide Strab. lib. 15.

Ichthys, *Ἰχθυς*, Elidis est promontorium in Achaia apud Thecididion, quod Valla piscem transfudit, & ob id merito reptibentus est ab Hermolao.

Iconium, *Ἰκόνιον*, Oppidum Lycaoniae, nō procul a stera Tauri montis. Strabo lib. 12.

Icos, *Ἰκος*, Insula maris Aegei, una Cycladum, Euboeae proxima, Stephan.

Icosium, *Ἰκοσίον*, Mauritaniae Caesariensis oppidū est, a viginti Herculis comibus, qui ab eo desciverant, conditum. Vide etiam a numero conditorum nomen habet. Aucto Solinus.

Ictus, Tarentinus nobilis palæstra fuit, qui toto vitæ tempore a Venere religiosissimè abstinuit, nequid de corporis vitiis immineret.

Ida, *Ἰδα*, Ger. Ein Berg in Troas. Mons altissimus, qui ad Troadem spectat. Latus ejus Septentrionale, ex angustis Abydi usq; ad Actipum, & Cyathum agrum.